

SPONSUS AD SPONSAM.

Sponsa veni, mea Sponsa veni; nos mutuus ardor  
Copulet atherco Numine; Sponsa veni.

Sponsa veni; unitum cum Christo Ecclesia corpus  
Efficit aeterno fœdere; Sponsa veni.

Sponsa veni; atq; Ecclesiolæ sub imagine parvæ  
Uno vivamus pectore; Sponsa veni.



Coniugio

199a.  
38.

MAGISTRI  
FRIDERICI PAPÆ, IN

SCHOLA GORLICENSI DO-  
CENTIVM COLLEGE,

Sponso:

ET

HONESTISSIMAE MA-  
TRONAE, ELISABETHAE PFLVGE-  
RIANAE, Amplissimi viri, Domini VA-  
LENTINI RITTERI Consulis Gor-  
licensis relictæ viduæ,

Sponse

AMICI GRATVLANTVR.



GORLICII

Excudebat Ambrosius Fritsch,

Anno

M. D. X C.

444116



99

DOMINO MAGISTRO  
FRIDERICO PAPAE, COLLE-  
GAE SCHOLAE, SPONSO NOVO.

*A*rrha ceu iungunt flagrantia pectora amore:  
Sic fidei est vera Spiritus arrha sacer,  
Coniugij qua sint hac, & mysteria quanta:  
Coniugij erudiet te, FRIDERICE, schola,  
Laurentius Ludouicus.

DN M. FRIDERICO PAPAE  
SPONSO.

Sape suis aptè respondent nomina rebus,  
Rebus & in multis nomen & omen inest.  
Tu, quia ditis habes prænomen Pacis, id opto  
Omen pacifici sit tibi, Sponse, tori,  
Ioachimus Smidius.

AD SPONSVM.

Nomine iam duplici tibi, Saturnalia currunt,  
Sponse decus Phæbi, Sponse decusq; schola  
Congruit ipsa dies prope Saturnalibus olim,  
Qua nunc est tadis, Sponse, dicata tuis.

A 2

Quæq;

Qua<sup>q</sup> fuit quondam seruatorum tempore tali  
Conditio, pictis accubuisse toris:  
Induta<sup>q</sup> toga domini, domini<sup>q</sup> ministris  
Exercere epulas, laticiam<sup>q</sup> sequi:  
Illa eadem fortuna tibi contingit, ab isdem  
Quos agnoscis heros ecce vocaris herus.  
Quod<sup>q</sup> prius tenuit plenum, nunc cedit herili  
Iure suo domina, te dominum<sup>q</sup> vocat.  
Fortunam reuerenter habe, fac Sponsa reportet  
Pro tanto quo te premia honore colit.  
Mente puta cuius fias successor, & omni  
RITTERI fasces tempore mente puta.  
Cetera donabit, tanti qui fœderis autor:  
Quem tibi propitium pectore & ore precor.

M. Martinus Mylius.

## Honos alit artes.

Gaudia pertentant veluti præcordia patris,  
Et matris mulcent oscula blanda sinum:  
Si quando natos cernunt florere beatos,  
Virtuti<sup>q</sup> vident premia iusta dari:  
Sic FRIDERICE tuus tecum iam ridet Apollo,  
Plaudit & Aonidum cœlituum<sup>q</sup> chorus:

Quòd

Quòd tibi præclaros tribui virtutis honores  
Cernit, quos meruit sedulitatis amor.  
Ecquis enim nescit teneris te semper ab annis,  
Artibus & studijs inuigilasse pijs,  
Ut caput efferres aliquando, & te quo<sup>q</sup> posses  
Tollere humo, volitans docta per ora virum,  
Annuit optatis summi Sapientia patris,  
Et vatum veniens numen ab arce poli.  
Carmina non tantum dictat tibi docta Thalia,  
Qualia Minciades condidit ipse Maro:  
Signorum a<sup>st</sup> obitus noctu specularis & ortus,  
Qua multis hodie queritur arte fauor.  
Hinc tua Leucoreis sic Musa probata Camænis  
Ut tibi contulerit Leucoris ipsa decus,  
Palladia tribuit cultis quod ab arte Magistris,  
Censuram quot quot non subiisse piget.  
Pegasei ut fontis latices & pocula bibisti,  
Gymnasijs patrij sacra vireta petis.  
Hic dum doctiloquo decantas carmine laudes  
Diuinas, quoties cœlica festa iubent,  
Atq; doces artem, radio qua gentibus orbem  
Descripsit totum primus in orbe parens:

A 3

Coniun-

*Coniungens veterum multo sudore Sophorum,  
Dogmata, quæ dudum nostra Lycea probant:  
Sola quies deerat fesso tibi grata Iehoua  
ELIZABETHA fouens membra tenella thoro:  
Hanc tibi nunc dono dat non crinitus Jopas,  
Calliope aut doctis semper amica viris;  
Spiritus at summi diuinus nexus amoris,  
Qui thalami sancit fœdera casta sacri.  
Ut sic compenset iustumq; piump; dolorem,  
Quem tua sustinuit mœsta Thalia modis.  
Quando VALENTINI defuncti Consulis ossa  
Lugebas numeris flebilis ipse tuis.  
Flebile principium melior fortuna secuta est,  
Ut vates cecinit tristior ille Getis.  
RITTERI propius tu nunc vestigia adoras,  
Et fruere requie, quæ fuit ante senis.  
Nunc & dubitâ virtutis premia rara  
In patria doctis esse parata viris.*

M. Bartholemezus Ciflingus  
Collega Scolæ patriæ.

CONIUGIVM SPONSI  
nomen & omen habet.

Si

*SI quàm dulce sonat, quàmq; omni parte beatam  
Præ se fert Nomen, rem, noue Sponse tuum:  
Tâm tibi cum focia, summi quæ munere Iouæ  
Iungitur, est dulcis vita futura simul:  
Tum benè conuenient ipsis sua nomina rebus:  
Plena peroptatæ fœdera pacis erunt.  
O ubi pax, ubi pacis amor connubia iungunt:  
Litibus & rixis haud locus esse potest.  
Tu FRIDERICE ergò pacē referensq; colensq;  
Non nisi pacificus sit patiare thorus.  
Pacifcam patienter habe viduamq; domumq;  
Consulis, ELIZABETHA pacis amore flagret.  
Sic noua perpetuò feret hæc noua gaudia vita:  
Gaudia præteritis non leuiora malis.*

*Melchior Steinberg.*

Dn. M. FRIDERICO PAPÆ,  
Poëtæ, & Sponso nouo ἐμφυῖ.

*Vlcisti tandem, SPONSE: & victricia signa  
Ostentas, magna procerum stipante caterua.  
Exoritur clamor longè lateq; per urbem:  
Timpana rauca sonant: fragor auditurq; tubarum:  
Latitia exultant Galilæi limina PETRI:  
Gaudiaq; acclamat Ludi studiosa iuuentus.*

*Fas*

Fas equidem fuerat latas ad gaudia Musas  
Poscere nos etiam: siluas stabula alta ferarum  
Qui colimus: quâ terra gemit incudibus omnis  
Impositis: ubi iam posuisse cubilia fama est  
Vulcanum: Lemni quondam qui sedit in oris.  
Fas fuerat versu tadas celebrare iugales.  
Vulgus at incertum, varium, atq; ignobile semper,  
Quod Musas spernit, quod doctas Palladis artes  
Persequitur, lateq; odijs exercet acerbis,  
Hinc in sollicitas me cogunt ire querelas.  
SPONSE equidem meminisse potes: te quanta subire  
Compulerint, Musa, quaq; exhaurire pericla,  
Et fama & vite: dum tractas sedulus artes:  
Dum te Pierides, dum te formosus Apollo  
Muneribus, cumulare nouis, & honoribus amplis  
Exornare volunt: & pramia reddere digna.  
Scilicet has laudes, hæc munera sola meretur  
Puluerulenta pati fastidia: mille labores  
Tentare: assiduas versare in pectore curas.  
Nec tu, SPONSE, tamen quicquam leuitate remittis:  
Nec curas etiam, duos studiumq; labores  
Deseris: aut tristi turbatus tempore differs:  
Sed contra accinctus studijs non segniter instas:  
Atq; operum patiens, rebusq; assuetus agendis,  
Multa arte insignes reddis qui castra sequuntur  
Musarum iuuenes: & das tua scripta sub auras:

Dignus

Dignus & ipse Virum procul hinc volitare per ora.  
Sed te, SPONSE, licet circumstent aspera fata:  
Atq; odia atq; mina: magno hæc contemnere disce  
Pectore: nil liuor nocet: ast se conficit ipsum:  
Et nè cede animis: sed contra audentior ito:  
Quam tua fata sinunt: certa spes una salutis  
Cepta secundabit Diuum Pater atq; hominum Rex:  
In melius referens: & dio Numine firmans.  
Orbe ferè redeunt conuerso secula prisca:  
Queis studiorum omnis iacuit fauor: atq; fugata  
Concessit Musa ad superos: terrasq; reliquit,  
Quos res edocuit multas Tritonia Pallas:  
Queis Latia omnino dederunt, Graiaq; Camæna  
Nosse suas artes, causas penitusq; repostas  
Natura, cæliq; ignes, variosq; meatus,  
Defectus Luna crebros, Solisq; labores:  
Queis cura penitus rerum scrutarier ortus,  
Nunc vnde insolito spirent cum murmure venti:  
Et terris latè, & pelago dominantur aperto:  
Nunc altis in speluncis tellure sub ima  
Inclusi, euertant ipsis cum mænibus vrbes:  
Hos odit vulgus: dictisq; incessit amaris:  
Ingrauosq; vocat tantum: nunc otia saltem  
In ludis terere: atq; argentum acquirere somno.  
Si quis forte parat socialia fœdera lecti:  
Atq; ardet vinclo sponsam sociare iugali,

B

Adductus

Adductus IOVAE monitis: qui vivere in una  
Carne duos iussit: petere & castos hymenaeos:  
Concurrit, sauitq; animis mutabile vulgus:  
Et thalamum eripere, & conatur rumpere amores:  
Hunc turpem sine honore pati, sine laude repulsam,  
Hi risus ipsis, odijs solamen in istis.  
Nam genus, & proavus, abavos, atavosq; recensent  
Articulis timidis: atq; ordine singula lustrant:  
Tentantes fama maculas aspergere honesta:  
Excidat ut spe delusus praestantibus ausis.  
Sic vitulus plerunq; luit pro crimine matris.

Sed cum triticeam in messem, robustaq; farra  
Exerceret humum, terramq; Adamus aratro  
Verteret incurvo, committens semina sulcus:  
Heuq; prisca hominum genitrix, calatisq; Minerva  
Atq; manus assueta colo, cum mollia pensa  
Devoluens fufis, curas leniret acerbis:  
Tum verò antiqua insignem virtutis honore,  
Nobilitate satum, genus alto à sanguine Regum,  
Dicere quem posses? quis tum genere inclytus heros?

Suspicit hos contra plebs: & miratur euntes:  
Qui procul hinc nuper peregrinis advena ab oris  
Advenere, bono obscurum sine nomine corpus:  
Obscurum sine honore genus: quos fama recondit:  
Quiq; leues animos, & turpia pectora produnt  
Incessu: moresq; in aperto lumine ponunt:

Dum

Dum iactantq; caput: & calce audacius imam  
Tellurem quatunt: caelosq; & sidera spectant.  
Hinc humeri mirè attracti, rursumq; remissi:  
Hinc tumidum os illis, & nil nisi grandia iactans:  
Elatosq; animos elato in pectore servant.  
Spiritus intus alit fastum: & spes pascit inanes.  
Nec humile ante pedes, tantum ardua limina Olympi  
Contemplantur, & eductas ad sidera moles.  
Nec satis est illos, qui docti in pulvere ludi  
Sudant, & teneram formant multa arte iuventam,  
Iudicia insani vulgi tolerare sinistra:  
Imò & qui castris Musarum saepe sub usdem  
Militiam tolerant, illos, quos docta Lycea  
Exercent, dictis onerant: carpuntq; labores:  
Cunctaq; quae superas emittunt lucis in auras  
Arrodunt: palamq; operis maledicere tentant.  
Hinc tutum nihil est versu vulgare per orbem.  
Cum suaves manant numeri, cœu flumine largo:  
Et leni faciles decurrunt tramite versus:  
Gratia nulla subest illis: sic stultus ubiq;  
Auriculas asini Mida rex habet: illa sinistrè  
Accipit: & nasum ringit: contraq; receptat,  
Syllaba ubi infinita elise, atq; omnia hiulca, &  
Aspera, clauda ac, dura quoq; & variè confusa.  
Hoc opus est Cedro dignum: quod docta iuventus  
Nocturna versetq; manu, tractetq; diurna.

B 2

Omnes

Omnem barbaries laudem nunc ista meretur.  
Res praesse Scholis templisq; ea plena pericli.  
Sic rempe inuidia infelix, in faucibus Orci  
Olim habitans, superas demum concessit in auras:  
Pestiferumq; Erebi Stygia caput extulit unda.  
At tu magne Pater Diuum miserere: tuoq;  
Inuisum hoc detrude scelus sub Tartara telo.  
Sed quid ego ingrata hac autem memorare laboro?  
SPONSE, minas vulgi, rumores, SPONSE, sinistros  
Virtute exupera docta, & felicibus armis:  
Liuor edax fama proprios depascitur artus.  
Nam veluti Tityon terra omniparentis alumnus  
Stratus humi Stygi diras Acherontis ad undas  
Roditur: & rostro vultur crudelis obunco  
Immortale iecur tundit: latitatq; sub alto  
Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis:  
Haud aliter tacite vorat omnes osse medullas  
Inuidia infelix, Stygio sata Dite parente:  
Nec cordi requies unquam: aut composita quiescit:  
Inuis agens furit: & sauo mens carpitur astu.  
Fama est immanes hydras (mirabile dictu)  
Coerulea queis terga nata, mansuescere blandis  
Agricolu dictis: atq; aspera ponere corda.  
Flectitur ast liuor nunquam: quin rodit: & instans  
Summa petit: demum post vltima fata quiescit.

Ergo

77  
Ergo iussa Schola nunquam sacrata recusa:  
Fer patienter onus: Spartam quam naclus es orna:  
Euentum committe DEO: qui nostra Lycea  
Omnipotente fouet dextra, clemensq; tuetur.  
Quicquid erit, superanda omnis fortuna precando est.  
SPONSE tibi placeat: pellatq; hoc corde dolorem:  
Quod te IOVA Pater numero selegit ab omni:  
Quem genere in vita hoc versari, quemq; labores  
Hos tolerare sacros voluit: cum cetera turba  
Speret idem: sudet multum: frustra q; laboret.  
Est aliquid seruire DEO, dignumq; videri:  
Uni cui tenera mandetur cura iuuenta.

Nunc tibi, SPONSE, tuos hymenei grator honores.  
Haftenus ELISABES casto pugnabat amori:  
Et thalami expertem fuerat mens degere vitam,  
Contemnens dulces, iungit quos Cypris, amores.  
Non hac passa Venus, volucrem q; affata puellum,  
Nate mea vires, inquit, mea gaudia vita,  
Rumpe moras omnes: telum deprome pharetra:  
Et flexum validis incurua viribus arcum:  
Quae sarcire negat thalami nec vincula rupta,  
Est telo ferienda tuo: submittat amori  
Pectus ut, & tacitis se haud occulat amplius antris.  
Dixerat: ille oculos pariter, telumq; tetendit:  
Missi sagitta volat: & candida pectora rumpit.  
ELISABETHA cruci iam demum saucia ferro

B 3

Vulnus

Vulnus alit venis : & caco carpitur igni  
F nunc, ales ait, nec flecti disce maritis :  
Vulnus habes, diro iraeicta q̄ pectora ferro.  
Fam q̄ licet suaues herbas, succos q̄ salubres  
Spargat Apollo manu : atq̄ estus auertere tentet :  
Cuspide incassum nostra medicabitur ictum :  
Sed medicas adhibere manus ad vulnera solus  
PAPA potest : reliq̄ graues discludere morsus.  
Dixit, & in caelum paribus se sustulit alis.  
Mox gemit ELISABES : stridet sub pectore vulnus  
Infixum : haud placidam membris dat cura quietem.  
Tum secum haec : mene incepto desistere victam ?  
Nec posse ex animo Veneris educere telum ?  
Sed quò fata vocant ferar : en mea dextra, fides q̄,  
PAPA tibi : tu noster eris, dignus q̄ maritus :  
Qui me cunq̄ manent casus, quacunq̄ pericla :  
Legitimum quae perpetuò comitantur amorem :  
Te solum casus socium complector in omnes :  
Nec quisquam soluet fœdus : sic deinde locuta  
Ardet : & unanimes coeunt in fœdera dextra.  
SPONSE igitur letam pertinent gaudia mentem :  
Quod solus dignam meruisti laude coronam.  
Participem te RITTERI fama q̄ bonorum q̄  
ELISABETHA facit : modò tu vestigia serues  
RITTERI : cuius nomen se terminat astris :  
Qui bonus eloquio ( dum fata DEVS q̄ sinebant )  
Consilio q̄

Consilio q̄ bonus, patriam flectebat habenis  
Primores inter nostros : cui lustra ferarum  
Omnia nota satis : sanctus quem q̄ ordo Senatus  
Antris Aetneis voluit praesse regendis :  
Hic ubi Cyclopes, immanis & effera pubes,  
Veloces iaculo ceruos, cursu q̄ fatigant,  
Venatu assueti canibus circumdare saltus :  
Hic ubi dum ferri massas, eris q̄ metalla  
Festinant, alij taurinis follibus auras  
Accipiunt, reddunt q̄ : tenaci forcipe versant  
Ferrum alij, strepitus inter, crebros q̄ boatus.  
RITTERVS grauitate senex & clarus honore,  
Tracltare haud sacras dubitabat Palladis artes,  
Romanam callens linguam, & praclara reperta.  
Tu quoq̄, quem patria tellus tot honoribus auxit,  
Scandere quem Musa voluere & clara Lycea  
Pro meritis summum tantorum ad culmen honorum,  
Sis bonus in primis patria, cultis q̄, Lyceis :  
Nec studia aut dulces ditatus desere Musas  
( Pace tua dixisse velim SPONSE inclyte ) forsan  
Oblitus vita penitus, sortis q̄ prioris.  
Nam sumus in rebus tumidi plerunq̄ secundis  
Aduersis timidi : atq̄ omnes mutamur in horas.  
Ingratos odit tellus cane peius & angue :  
Odit & ipse DEVS : docta q̄ odere Camæna :  
Scilicet indigni : quibus undam auram q̄ patentem  
Prabeat,




Prebeat, & gremio excipiat quos patria terra,  
 Fas erit unigena dignas persolvere grates:  
 Afficere & precio Musas pro talibus ausis,  
 Sic proceres nostri, quibus est Respublica cura,  
 Hanc multos florentem annos, satis atq; frequentem  
 Ardebunt ornare Scholam: & prohibere ruinam.  
 Et te IOVA parens, Diuumq; hominumq; repertor,  
 Sacrae dia illustrabit Numinis aura:  
 Ut placeant opera: & levis haud tua fama feratur.

Carmina plura quidem caneret tibi nostra Thalia:  
 Aruit interea qua desuetudine longa:  
 Dum procul à turba doctum florente virorum  
 Hic loca sola colo, & crebra nemus ilice densum:  
 Sed iam Cyclopes opera ad fabrilia surgunt,  
 Murmure complentes vasto loca proxima templis.  
 Tranquillas sedes, loca mane silentia late  
 Pterides cupiunt: strepitus odere frequentes.

Gregorius Richter Gorlicius,  
 Pastor Rauschensis.

N. Polaris 32. 25. AR. M. C.  
 Asc. obl. Æq 290. 12. 260. 12.



EPIGRAMMA

Ad doctissimum Dominum Sponsum,

Quid iubar Hesperium, quid lux Eōa notabit:  
 Sponse poli hanc faciem consule certus eris.

C

Coeliua.

Coeliuagos inter Mauors moderamina rerum  
Sustinet: huic consors iungitur alma Venus.  
Fluminis Eridani pisces in limine primo  
Ascendunt: Phoebus quando reducit equos.  
Culmina summa tenet iaculis armatus & arcu  
Phyllirides, medij latus honore poli.  
Virginis Astræ sidus quod Iasonis Argo  
Excipit: occiduas mergitur inter aquas.  
Hinc Geminos humeris fulcit nimbofus Orion  
Cui cœli sedes infima sorte datur.  
Lubrica fortunæ pars quam prætur gida gibbo  
Luna salutat ouans pendet in arce sacra.  
Cætera consueto labuntur sidera cursu:  
Depelluntq; thoro noxia quæq; procul.  
Sponse tuum est igitur caussas aperire latentes:  
Venari & numeris quicquid Olympus habet.  
Ergo quicquid inest læti quod amica fatentur  
Sidera: tu firma numine CHRISTE tuo.  
Fœdera sancta thori ne turbet turpis Erinny:  
Sentiât ac placidas resq; domusq; vices.

Gregorius Eichlerus Gorl. Pastor  
in Leubau, &c.

### VOTVM NVPTIALE.

**C**En Phæbi testudo decus, venerabile munus,  
Et Musis gratum fundit amica melos:  
Consona si nervus fuerit Concordibus: heu quam  
Suauiter artificii pollice tacta canit.  
(Quale melos generant Diatesseron & Diapente,  
Cum bene legitimo iuncta fuerit modo:

Quem

Quem Campana sonum Galilæi maxima Petri  
Sæpe agitata viris magna minorq; dabunt.)  
Et tam lata canit numeros, iam tristia condit  
Carmina, diuersi pro ratione modi.  
Feruente retrahit mentes, & temperat astus  
Frarum varios: nec sinit esse vagos.  
Turbat as hominum mira dulcedine mentes  
Erigit, & gemitu tristia corda leuat.  
Tantus inest Cythara fructus, vis tanta sonora:  
Flectere quæ numeris improba corda valet.  
Si modo chordarum existat concordia semper  
Debita, & artificii pollice tacta sonet.  
Sic ubi Coniugij fuerit Concordia preses  
Alma, nec indigne prælia miscet Eris,  
Hic tibi non Furia turpes, non tristis Erinny:  
Hic non liuor edax, non dolor, ira minax:  
Non furiosa sedet discordia, torua, flagello  
Armata, ingeminans verbera saua manu.  
At securaque quies, pietas, pax candida, verus  
Et sincerus amor pectora bina ligat.  
Unanimis consensus adest, eademq; voluntas,  
Mens eadem toto tempore firma fides.  
Talis vita Deo placet, angelicisq; ministris,  
Huic dium Ioua numen adesse solet.  
Talem docte sibi thalamum Friderice sonantem  
Harmonice in quo sunt dissona nulla, precor.  
Consona cuncta precor: Sic concordantia mentis  
Atq; voluntatis gignat amica melos.

GREGORIUS HAUFFIUS.

C 2 VOTVM.

V O T V M.

Non mihi fas quicquam inuita tentare Minerua  
 Ni cursu in medio linquere cepta velim.  
 Ergo cum versu tædas celebrare iugales  
 Non valeam, interea prospera vota feram.  
 Concordes animi, iunxit quos Rector Olympi  
 Fœdere, nec valuit soluere Liuor edax:  
 Ne vitam in tenebris vestram luctuq; trahatis,  
 Nec violet dulcem lis inimica torum:  
 Sed vestras semper pertentent gaudia mentes:  
 Copia nec victus vlla deesse queat.  
 Longum sit vitæ spacium, sit terminus æui  
 Fine carens: soluat mors simul vna duos.  
 Et quæ Sponse tibi paucis his versibus opto,  
 Illa tibi longi carminis instar habe.

Michaël Nicander.

A L I V D.

Dicite Nisiades: quo nam cumulandus honore  
 Sponsus erit nouus hic, quem sub sua castra vocauis  
 Blanda Venus tandem blanda nunc arte fefellit:  
 Hic qui fallacis tam saepe Cupidinis arcus  
 Spreuerit, incautus iam cæco saucius igne  
 Carpitur, ardet amans viduam qua nata parente  
 Praside iustitia, nomen cui fecit aratrum:  
 Consulis illa fuit RITTERI costa VALENTIS  
 Altera, praclarum trahit à maioribus ortum.  
 Ergo Sponse memor fati, fortisq; futura  
 Tu simili ratione scias hanc vertere terram,

Dum

Dum sudando colis Musas in puluere campi  
 Est tellus inculta scola, & quod ducis aratrum  
 Leges frena animis vitijs sunt vincula nefandis,  
 Pœna luenda malis rastum: Sed nostra iuuentus  
 Non patitur frenos, nec legum vincula curat,  
 Contemnit leges, non audit recta monentes,  
 Jam metus omnis abest, pietas, pudor exulat omnis,  
 Effrenis iuuenis semper monitoribus asper  
 Vincula furens rumpit, fertur iam prona iuuentus  
 In vitium, quo cæca rapit subigitq; cupido:  
 Ceu cum carceribus sese effudere quadriga  
 Quas non adductis possunt retinere supini  
 Auriga loris, sic impetus ipse volantes  
 Tert campo, rapit vna currus atq; magistros.  
 Nescio quis furor est seclis, non luce fateri  
 Hac qua nocte latent, noctis male facta negare,  
 Et male clam commissa, palam benefacta referrere.  
 Nullus honor doctus, Dijs reuerentia verbi  
 Nulla manet, viuunt pro libertate nocendi,  
 Non peccare mali cessant formidine pœna  
 Vix peccare boni metuunt virtutis amore.  
 Adde, quod in numero tanto vix vnus & alter  
 Vix facit officium, cui cordi verba monentis,  
 Rari quippe boni haud pœnis & legibus aequi  
 Sponte sua verig; Dei se more tenentes  
 Qui parere quidem curant meliora monentis.  
 Hac vita ratio nostra, qui saepe gementes  
 Aspiciamus vitium seclis, sic omnia fati  
 In peius ruere & retro sublapsa referrere.  
 Hoc opus, hic labor est pauci tentare labores  
 Conantur, pauci quorum virtutibus obstat  
 Res angusta domi, possunt tolerare labores:

Quæula.

c c

c c

Quos

Quos tamen interdum post multa exhausta pericla  
Post varios casus deterret & ardua meta,  
Quin tempestates, venti, variaq; procella.  
Hic opus assiduis precibus, DEVS ipse vocandus  
Auxilio ut veniat, nostris conatibus adsit.  
Non stat apud memores veteris bene gratia facti  
Pro meritis non extat honos, vix debitus extat  
Commoda quis ruris nostri grate sue reportat.  
At decus aeterni superum indelebile seclis  
Hoc precium sudoris erit, preciumq; laboris  
Grande laboris erit nostri: Nam pagina sacra  
Testatur, veluti rutilantia sidera fulgent,  
Sic etiam qui iusta docent, docilemq; inuentam  
Erudiunt, animo stimulos hortatibus addunt,  
Fulgebunt inter reliquos per secla futura.  
Hac ego, quod superest stabile & dulcedine plenum  
Coniugium tibi Sponse precor, det Ioua benignus.

PAVLVS POPILIVS, Gors.

ALIVD.

VOS o Sionia diuino carmine Musæ  
Quæ thalamos patrum, sacrataq; vincula amoris  
Laude super cælum vehitis, canitiscq; per orbem  
Ferte pedes cæpto faciles: & adeste secundæ.  
Vestrum opus hoc Musæ est: si Iouæ vertice natæ,  
Atherei memoranda patris præcepta referre:  
Et laudes canere & castum celebrare cubile.  
Multa DEVS magni nobis monumenta fauoris  
Quis mortale genus miro sibi foedere iungit  
Esse dedit: vitæ testatus vincula iugalis

Castæ

Castæ placere sibi, tenues quo tempore in auras  
Primus homo sese fulua tellure leuauit.

Inter odoratos lauri, nemorumq; recessus  
Consilium nostris de rebus prouidus egit:  
Nec facilem esse viam, dixit, sine compare vitæ  
Terrigenis: primuscq; & fautor & autor amoris  
Iuraq; fortunamq; tulit, legesq; iugales.  
Nec turpi passus vitari pectora amore  
Perpetuo iunxit nexu duo corpora in vnum:  
Iussit & ambitæ circumdare stemmata terræ.  
Semper, vbi casti viguit reuerentia lecti  
Adfuit: & mitis firmans sua numina signis  
Sæpe die media dignatus visere tecta est.  
Tum sensere DEVM manifesto numine ferri:  
Tum soboles oculis dextræq; astantis inhæsit  
Tum didicere DEVM: certumq; fauentis ab ore  
Auspicium eripuerunt patres timor omnia verus  
Præstitit: & casto regnans in pectore VIRTUS,  
Aspice & eximios primæuo tempore patres  
Legitimosq; thoros vatum, castumq; cubile  
Signa DEI manifesta vides: sua gratia lecto est.  
Ipse pijs, nondum spreta pietate, sacratum  
Disposuit thalamum: castosq; in casta locauit  
Fœdera connubij: multoq; affecit honore.  
Quid tibi Thariaden referam, fœduscq; Tonantis?  
Quid tres ALIGEROS, quos mensa excepit amica  
Promissamq; SARÆ sobolem, longosq; nepotes?  
Implentemue urnas lymphæ spumante REBECCAM  
ABRAMIDÆ dispositam: Thariadæq; nepotem?  
Quid sacra THOBIÆ diæ connubia voce  
Aligeri firmata canam argentumq; relatum?  
Aut quos Ioua parens, tenues sine corpore vitas

Aliger

Aligerosq; greges caelo demittat ab alto  
Custodes castis sponsis, contra impia tela  
Insidiasq; irasq; & nigri daemone arma:  
Aspice Iudæam gentes licet vndiq; in armis  
Errarent: Syriq; Arabesq; & fortia bello  
Agmina Parthorum, Niliq; exercitus ingens:  
Cura tamen Iouæ, flammisq; minasq; repressit,  
Helisabenz piump; senem, Mariamq;, Iosephumq;  
Eripuit: CHRISTO gens, quamuis parua, relicta est.  
Quid maiora petis? diuini signa favoris  
Certà dabit CHRISTVS: CHRISTVM quis dicere vani  
Audeat: & trahere in dubium qui cuncta gubernat:  
Ille, DEO natus, nostræ in commercia carnis  
Dum paci medium se offert, reuchitq; salutem,  
Virgine matre quidem venit: sed virgine primis  
Desponsa ominibus solita pietate marito.  
Ille etiam primum sanctum cum munus iniret  
Bissenis procerum lectis comitatus in orbe  
Conuiuia accubuit, Canæ Galilæidos vrbe,  
Instructas inter mensas, pactosq; Hymenæos.  
Ille inopes res castorum miseratus amanti  
Subsidio leuat & dixit dat munera sortis.  
Hydria quæ plenis spumabat cærulea lymphis  
Egregium fundit nectar: mutatq; saporem,  
Hauitq; in humores vertit sese vnda Lyæos.  
Quin cum materna foetus iam nascitur aluo  
Lac natura timens soboli, miro ordine, matris  
Vberibus coquit & certos disponit in usus,  
Ossaq; iuncturasq; viamq; in luminis oras  
Diuidit, & rursus propria virtute recludit.  
O fortunatos nimium, sua si bona norint,  
Christigenas: quæis ipse DEVS sua munera fundit

Connubio

Connubio: ceditq;, DEVM comitata parentem  
Prompta ministerio natura & prospicit vltro.  
Si non ærumnæ desunt, varîq; labores  
Fataq; cruxq; comes: nec abest sua sarcina Sponsis:  
At DEVS autor adest: at præsens æthere ab alto  
Offert auxilium rebusq; leuamen in arctis.  
Huic metæ includens iura inuiolata pudoris  
Discerni voluit sese: Stygiumq; venenum.  
Illicitosq; æstus damnat, cæcosq; furores,  
Hinc nobis partem diuinæ mentis & haustus  
Æthereos, simulacra sui, simulacra pudoris  
Iusticiæq; dedit: furiasq; in se ipsa fatigat  
Pœna comes scelerum: tristeq; est culpa medullas.  
Nec te aded fallit, thalamum pietatis, & æqui  
Virtutumq; precumq; & religionis auitæ  
Esse p̄ns fontem: vident vt se tollat ad astra  
Vera fides, si prolis amor mentem incitet ægram:  
Viuatq; sufficiat CHRISTO plantaria cœli:  
Tu quoq; tu simili iungis connubia fato  
Sponse trahens PACE, & diti benè nomen ab arte:  
Conuiuiamq; vocas ad castæ foedera vitæ  
Vnigenam: & pocis vini cœlestia dona.  
Non te sancta patrum volentem exempla priorum  
Ærumnæ, mistaq; vices aut pondera terrent:  
Vincit amor verus: castoq; in pectore regnat.  
Auxilium cernis: præsensq; leuamen ab alto:  
Quiq; pios animos, casto sociavit amore  
Fomes amoris AMOR magno quoq; robore fulcit.  
A pace auspiciū felix: pace omnia florent:  
Pace vigent tædæ: paci DEVS æquus ab alto est.  
Pacis amator vterq; & honestis moribus æquans  
Virtutisq; decus, laudatq; tempora vitæ.

D

Ille

Ille fauens Musis, mensuram nominis huius  
 Pace implet: doctasq; imitatur moribus artes.  
 Illa domi casta est: pacis sua semper apud se  
 Munera habet, decus & veræ pietatis honores.  
 Quemq; nitor docuit tædas celebrare iugales  
 Virtutis: Sponsa est veræ pietatis amatrix:  
 Sponsa magis virtutis amans an Sponsus honesti est?  
 Sponsa pax VIRTUTIS amans & Sponsus HONESTI.  
 Omnia vel vobis fiant pax: omnia VIRTUS  
 Omnia honos, pietasq; & concors omnia vita.  
 Vivite felices: quibus est sua gratia ab alto  
 Quosq; inconcusso iunxit Concordia nexu.  
 Vnus amor: mens vna: vnum & commune duobus  
 Præsidium, thalamus: nec vobis foedere casto  
 Diuitis vber agri rerumq; opulentia desit.  
 Oscula mille sonent: nullo turbata dolore  
 Oscula: quæ quinta sibi Nectaris imbuit æqua  
 Parte sui Venus, Ambrosiæq; insperfit odore  
 Qualiter æquæuo sociatam palmite vitem  
 Vlmus amat: miscetq; nemus, mitesq; per auras  
 Attollitq; vuas: & frondes explicat altas:  
 Sic humeris patri irreptet: sic ore sereno  
 Fridericus paruus concurrat ad oscula matris.  
 Sic lux ista abeat vobis felicibus orlis:  
 Sic redeat melior, semper melioribus astris.

*Nicolaus Theodorus,  
 Gorlic.*

VOTVM

VOTVM DN. SPONSO

M I S S V M.

QVam DEVS elegit multis è millibus vnã  
 Fungitur en dextris, sponsa petita, tuis.  
 Quæ non cessauit fouam in pia vota vocare,  
 Jam venit in thalamos, ELISABETHA, tuos:  
 Quamuis liuor edax, dirisq; infecta venenis  
 Alecto voluit rumpere vincla thori:  
 Attamen Elisabe TIBI, quæ virtutibus aucta est,  
 (Flectere namq; DEVM scis prece) Sponsa datur.  
 Sic est in fatiis: rumpantur vi ilia Codro,  
 Qui turpi inuidia pectora plena gerit.  
 Ergò tua felix chara cum coniuge viuas:  
 Et sint coniugij prospera fata tui.  
 Hoc, FRIDERICE, tibi votis ardentibus opto:  
 Tu mea, fac, non sint irrita vota DEVS.

Iohannes Victor, Pomeranus.

D. M. Friderico Papæ Sponso S.

Sunt noua, suntq; fidem vix inuenientia dicta:  
 Nunc Equitis viduam nubere velle Papa.  
 Est Papa, qui fertur Fridericus in ordine quartus,  
 Cui Res est cordi publica, templa, schola.

Forfan

Forſan & hoc tempus, Fridericus maximus ille  
 In lucem Caſar, quando redibit, erit:  
 De quo, ceu perhibent, temporibus edita priſcis  
 Multa Sibyllino carmine fata canunt.  
 Verum quicquid erit tandem, fac optime Chriſte,  
 In pace ut ſit Res publica, templa, ſchola.  
 Omnibus hoc nobis precor, atq; iugalibus illis  
 Ut ſis perpetuo tempore praſto nouis.

Matthæus Frobenius.



39.

AD  
 BUDISINAM,  
 Patriam ſuam dulciſſi-  
 mam; Ejuſdemq; recens cre-  
 atum factum  
 CONSULEM  
 DN: HEINRICUM  
 GARTNERUM U. J. D.  
 Claris. &c.

Num, GARTNERE, TIBI, Themidos Charitumq;  
 SACERDOS,  
 An PATRIÆ grater, neſcio penè MEÆ?  
 Te claris animi PALLAS virtutibus auxit;  
 Auxit Te digno GLORIA honore modò.  
 Ornatum voluit rubrâ Te GALLIA Mitrà,  
 Conſtituitq; CAPUT TE BUDISINA ſuum.  
 Hujus in anguſtis verſatur CURIA rebus,  
 Indiga CONSILIIS, & recreanda BONIS.

A 2 Hujus



YYY117